

Lwowska Naukowa Biblioteka im. W. Stefanyka NAN Ukrainy. Oddział
Rękopisów. Zespół (fond) 5.

RĘKOPISY OSSOLINEUM

1022. Duo numismata altae domus Estensis nunc primum edita atque
descripta. *XIX w. K. IV, 37.*

STRONY NIEZAPISANE NIE ZOSTAŁY ZDIGITALIZOWANE



DVO

NVMISMATA

ALTÆ·DOMVS·ESTENSIS·

NVNC·PRIMMEDITA·ATQVE·DESCRIPTA·

ACCEDIT :

INDEX·NVMISMATVM·ESTENSIVM

QVÆ·IN·CÆS·REGIOMV·SEO·VINDOBONENSI·

ADSERVANTVR

AVCTORE



EDVARDO·MELLY·

1.022

SERENISSIMO

DOMINO DOMINO

FERDINANDO

STIRPIS INCLYTÆ ESTENSIS

REGIO VNGARIÆ AC BOHEMIÆ PRINCIPI

ARCHIDVCL AVSTRÆ

ETC ETC ETC

VTRIVSQUE REGNI GALICIÆ ET LODOMERIÆ

SVPREMO GVBERNATORI

ETC.

FAVTO RI·ALTIS SIMO·OPTIMO

BENIGNISSIMO

HAS CE·TENNES·PAGINAS

DEDICAT

GRATISSIMVS AC·ADDICTISSIMVS

AVCTOR.

PRAEFATIO.

Locus, quo primum horum numismatum, in C. R. Museo adservatur, signo interrogationis notatus est, quo secundum, Alphonsi I Ferrariae Ducis nomine.

Quum mox intellexissem, utrumque numisma, uni eidemque personae, nullo modo vero Alphonso I attribuendum esse, — tam abscondita res cupiditatem, haecce numismata justo suo auctori vindicandi, magnopere excitavit. Viam, quae me ad ea revelanda ducebat, et finem hujus investigationis sequentes docent

PRELATIO

paginae. — Utinam eruditus numisma-
tum cultor hocce tentamen contento, eorum,
amicus autem grato animo excipiat!
Haec tendebat

Auctor.

5.

Quem fugit Alphonsi I, Ferrariae Ducis celebratum
nomen? Nonne aeterna Ludovici Ariosti hoc nomen resonant,
poemata, nonne admiranda cuiusvis artis opera stupentibus
offerunt oculis magicum hocce nomen? Cuiusvis ac sublimi flo-
res, qui illa sese explicabant aetate, magni huius principis
colorem induebant.

Excelsi animi haereditas fuerit filii, qui saeviente bello et re,
publica turbata, artium, quae heroum et principum immor-
talia nomina ad astra secure ferunt, colendarum nullo
modo fuisse immemores. Philologia, Archaeologia, Mathema-
tica atque historia iis fautoribus, ad gradum, quem usque
huc nusquam attigerant, sese sustulerunt; Architectura,
Sculptura, Pictura et ars, numismata caelandi Maecenates
suis celebrare certabant. Ultimo laudata ars monumenta
in lucem protulit, quorum explicationem et adumbratio-
nem tentamus.

Utumque numisma continet parte anteriore caput virile
imberbe, cincinnatum, pileoque oblectum.

Simplificissimum primo intuitu esset, numismata ipsi magno Alphonso attribueri. Numismata vero Alphonsi Ducis omnia, quae vidi, caput proferunt barbaturum, capillis curtis ac crispis, et alia prorsus oris lineamenta.

Ex iisdem plane dissimilibus oris lineamentis Alphonsi I. nepoti, Alphonso II, et quia modus tractandi artem, aetatem magis remotam indicat cuiusdam postea viventi Alphonso nullo modo adsignanda esse numismata censeo. Quaeritur ergo, cui filiorum Alphonsi I pulchra parvaque haecce monumenta sint adjudicanda?

Ex conjugis Lucretia Borgia procreavit Alphonsus: Herculem, postea in regimine successorem; Hippolytum, qui Mediolani archiepiscopus, Cardinalis designatus est; Franciscum, Mas, sae marchionem; et Leonoram monacam.

Sed horum nulli nomen Alphonsi proprium?

Celeberrimus et nunquam digna laude et admiratione prosequendus Muratorius, uti plurimas rerum Italicarum, ita et nostras tenebras veritatis lumine illustrat. Sed audiamus eum ipsum:

Post Lucretiae conjugis { scribit Muratorius in suo de

4

antiquitatibus [Extensibus praeclaro opere]. Alphonsus Dux,
qui secundum corporis conditionem ad amores vehementer
inclinaret, atque civium suorum nobiles familias adu-
terius ac stupris maculare aspersionis, ac secundam ducere
uxorem haud saluti publicae ac convenientiae legibus
consentaneum putans, praecipue, quum pro filio Hercule
nobilissimum meditarietur matrimonium, vilis cujusdam
artificis filiam omnibus animi non minus, ac corporis doti-
bus excellentem sibi amicam desumpsit ac vitae sociam
Nomen Lauram cognomine Eustochia auxit Dux, ad gratias
quibus amorem suum conciliaverat sibi et perpetuo conser-
varet, indicandis. Postquam aliquot annos hoc consortio
esset usus, et illa duci duos peperat filios, quorum alter
Alphonsus, alter Alphonsinus nominabatur, dux, qui
filios hosce legitimare tentaret, [legitimationi etiam sunt
postea ab Imperatore et Papa] Lauram duxit uxorem,
et semper habuit consortem. Quinque hos filios omnes
amplissimis dux donavit rebus, Alphonsum, a
Laura Eustochia procreatum terra Montecchia, postea
ad marchionatus dignitatem erecta, et fratrem

Alphonsinum terra Castelli novi. Haec Muratorius.
Sintne numismata nostra in Alphonsi aut Alphonsini
honorem cusa, inquirendum?

In Alphonsini memoriam numismata nullo modo cusa esse
possunt, quum utriusque nostri torumatis antica virum,
aetate jam profectionem representet, Alphonsinus vero flore,
adhuc iuventutae occubuerit morti. Quamquam enim annum,
eius natalem haud cerse liceat evuere, tamen ante annum,
M.D.XXVIII non est ponendus, nato Alphonso fratre, aetate ma-
jore anno MDXXVII. Consentientibus vero omnibus historicis
mortuus est Alphonsinus MDXLVII adhuc juvenis, quod firma-
tur etiam numismate a me in addito Catalogo edito, anno
eodem, quo obiit, fuso.

Marchionatus porro pileus, qui caput viri ornat, argu-
mentum nostrum, duo numismata in honorem Alphonsi,
filii Alphonsi I Ducis, legitimati, fuisse edita, valde
firmat; constat enim, Alphonsum Ducem, filium suum,
Alphonsum nostrum terra Montecchia donasse, quam
postea Imperator Ferdinandus I marchionalis dignitate
auxit; qua re tempus etiam, quo numismata nostra fusa

5.
sint, accuratius definitur. - Sed liceat mihi hoc loco quaedam
ex vita Alphonsi nostri memorabilia inserere, quae Muratorii
operi laudato deprompsi:

Natus fuit, VI Id. Martii MDXXVII. In omnibus militi ac
principe dignis artibus bene eruditus, admodum juvenili aetate
se contulit, comitante celebri equite Bentivoglio ad Imperatorum
Carolus V, in Germania bellantem. Virtute sua, praecclare ge-
stis, ac animo literarum studio exulto favorem Imperatoris
ac amicitiam archiducis Maximiliani, qui postea Imperator
inclavit, Philiberti Emanuelis, Sabaudiae ducis, et Octavii
Farnese, paulo post ducis Parmae sibi conciliaverat. Bello
finito Italiam rediit, quam aliquot annis post reliquit, a
Galliae rege Carolo IX exercitus dux creatus et St. Michaelis
ordine ornatus. Virtute sua Martis templum brevi tempore
clausit, Italiamque reversus, cognatum suum Alphonsum II.
Ducem in bello contra Turcos est sequutus. Postea regi Galliae
ducis Sabaudiae exercitum in auxilium duxit, et victoriae in
pugna ad St. Dionysium maximum attulit momentum.
Rex grato animo eum, licet extraneum, fecit, ut esset ab
interioribus civitatis administrandis, multisque preciosissimis
donis cumulavit.

Non princeps erat, non vir tunc temporis eximius, quocum
noster Alphonsus non arcto amicitiae vinculo esset junctus.
Omnibus dilectus, liberalis, amicus fidelis, fidelissimus cogra-
tus, Primus in quavis militari virtute, vitae integritate
excellens. Obiit hicce princeps anno MDLXXVIII.

Imperator Ferdinandus I terram Montecchiam, quam
pater ipsi reliquerat, ad marchionatus dignitatem pro Al-
phonso ejusque posteris excoerat cum potestate, montem con-
dendi, aliisque amplis privilegiis, quod diploma Imperator
Maximilianus II firmavit, praerogativeque, ut Comes, Equi-
tes, Notarii etc creare posset, auxit. — Ex conjugē Julia
della Rovere, Francisci Urbini ducis filia liberos habuit:
Caesarem, postea Mutinae ducem, et Leonoram, uxorem Caroli
Gesualdi, principis Venosae, — ex secundo conjugio cum Violanta
Signa inito reliquit Alexandrum, postea Cardinalem, et
Hippolytam, Friderico Pico, Mixandolae principi mari-
monio junctam

*

*

*

Ex hisce praemissis, succincte repetitis sequentia colligi

6
posse existimo:

α) Quum oris lineamenta valde differunt ab iis, quae in Alphonsi I
torummatibus conspicitur non minus ac

β) Ab imagine Alphonsi II ducis,

γ) Alphonso vero cuidam, postea viventi numisma adsignare —
praetermissis etiam speciei oris diversae argumentis — jam
modus, tractandi artem non sinit

I. Alphonsi I filiorum uni erunt adjudicanda

α) Ex his vero duobus tantum filiis, ex Laura Eustochia pro.,
creatis et per sequens ducis cum eorum matre matrimonium
legitimitatis nomen Alphonsi et huic simile Alphonsini est.

II. Horum ergo cuique utrumque numisma erit adsignandum

α) Alphonsius vero, fratrum junior, juvenis mortuus est, et
imago numismatis virum, aetate jam provecchiorem repraesentat.

III. Alphonso ergo numismata nostra erunt attribuenda, quod

α) Pilo marchionatus, quo caput ornatum est, firmatur, quum
Ferdinandus I Imperator terram Montecchiam, Alphonso
a patre relictam, marchionatus nomine honoravit, quo

momento certum sit,

¶ Numismata non ante annum MD fusa esse posse,
quo anno privilegium marchionatus datum esse ex Muratorio
patet



Hoc modo numismata haecce iuste auctori suo adjudicata
esse spero. In volis meis esset, alterius numismatis partem
posticam explicare: (nam representata in numismate
CO. N. S. T. A. N. T. A. si ipsa explicat) — verum quilibet,
elsi parum in cognoscenda illa aetate versatus, sine dubio
persuasum habet, quum ex fonte, nunquam exhausto, tum
temporis diversissimae, invita saepe Minerva excogitatae,
et a contemporaneis jam haud intellectae Allegoriae fluxe-
rint, me supersedere explanationi placide mihi condonans
et potius mecum ejusdem partis posticae nuda compositionem,
figuras, optime delineatas et tractandi modum omnium ma-
teriei imperitorum victorem admirabitur, simulque condo-
lebit illius, qui numisma fuserit negligentiam, qua subtili-

ores typi partes minus clare sunt expressae

FINIS



9

INDEX
NUMISMATICVM
ESTENSIVM.

QVAE IN CAES. REG. MVSEO VINDOBONENSI.
ADSERVANTVR.

NICOLAUS. III.

Marchio Estensis ac Ferrariae, mortuus MCCCCXLI.

I.

Epigraphe: NICOLAI · MARCHIO ESTENSIS · PIR

[litteris incis]

Caput Marchionis, capillis brevibus.

X

*Insignia Estensia. In prima et quarta area tres liliae
conspiciuntur intra marginem serratam, secunda ac tertiae
aquila imposita est. Insignia corona, myosotibus palustri-
bus composita, circumdat. Ad dextram littera **N** (nicolaus), ad
sinistram **M** (marchio) legitur. Elegantissima fabrica.*

N. fasum primo, denique summa cura elaboratum. - XIII. - A.

II.

Epigraphe: NICOLAI · MARCHIO · ESTENSIS ·

Caput Marchionis, pileo tectum.

£

Insignia Colensia, myosotibus palustribus cincta; ad dextram
n, ad sinistram m, uti supra.

N. negligenter fūsum. — XVI. — R. Æ.



LEONELLVS

*Marchio Estensis et Ferrariae, dominus Mutinae ;
Nicolai III filius primogenitus. Mortuus A.MCCCL.*

I

Epigraphe: LEONELLVS · MARCHIO ESTENSIS ·
*{ Quodlibet verbum lauri ramis separatur a sequenti. }
Caput Marchionis juvenis, crinibus crispis singulari modo,
capillamenti fere forma, compositis.*



Epigraphe: OPVS · PISANI · PICTORIS ·
*Duo viri nudi, quorum frontes convergentes sese tangunt, fascinas
portant, laureis plenas. Utriusque vasa, in rupe posita; supra
imber ex nubibus deorsum fluit. — Fabrica elegans.*
Numisma fuscum. — . XXXI. — . Æ .
Hocce numisma edidit et Muratorius in Ant. Ital. T. II p 684.

II

Epigraphe: LEONELLVS · MARCHIO · ESTENSIS.

[Quodlibet verbum arboris ramo separatum a sequenti]
 Caput Marchionis crinibus eodem ut supra modo compositis.



Epigraphe: OPVS · PISANI · PICTORIS

Capita juvenilia tria, in unum juncta. Utrique pars ex „
 matura, quae „ poples” dicitur, ramis laureis affixa. —
 Opus fuscum pulcherrimum; argumentum, eo jam tempore opera
 artificum veterum fuisse cognita ac intellecta. — XXIX. — Æ *

III

Epigraphe: DOMINVS · LEONELLVS · MARCHIO · ESTENSIS

[Quodlibet verbum hederæ foliis separatum a sequente]
 Caput Marchionis crispatis concinnis.



Epigraphe: FECIT · AMADEVS · MEDIOLAN · ARTIFEX.

Felis, oculis auribusque velo obtectis, pulvino insidet.
 N. fuscum. — XXI. — Æ .

* Hocce numisma edidit Muratorius in *Antiq. It. II.*

IV

Epigraphe. LEONELLVS · MARCHIO · ESTENSIS ·
D(ominus) · FERRARIE · REGI · 7(et) · MUTINE ·

Caput Marchionis, ut supra.
⌘

Epigraphe: duas intra lineas, quarum dimidia pars superior floribus expleta est. PISANVS · PICTOR · FECIT ·

Telis oculis velo, a tergo volitante, obtectis, pulvino insides.
N. fusum. — XXX. — Æ. ~

V.

Epigraphe et caput marchionis idem ac N. IV.
⌘

Epigraphe: OPVS · PISANI · PICTORIS

Duo macilenti senes, quorum alter barbatus est, humi subsident;
Locus saxeus, aliquantulum editus sub forma columnae malum,
velis, vento impletis, portat.
N. fusum. — XXXII. — Æ. ~

VI.

Epigraphe: LEONELLVS · MARCHIO · ESTENSIS · D(ominus)
 FERRARIE · REGII 7(et) MUTINE ·

Caput Marchionis, ut supra.

⌘

Epigraphe: PISANI · PICTORIS · OPVS ·

Ad infimam rupis partem, amphoram, cui lauri rami insunt,
 portantis, qua amphora duabus ancoris, quarum altera fracta est,
 stabilitur, nudus jacet juvenis, dextrae innixus, laeva genui im-
 posita.

N. f. sum. — XXXI. — Æ. — Hocce num. ed. a. Muratorio. l. c. ~

VII.

Epigraphe: DOMINVS · LEONELLVS · MARCHIO · ESTENSIS
 Caput Marchionis ut supra.

⌘

Leda cum Tove cygno commercium. Utrique Cotes et arbores.

Opus magis caelatum, egregiae artis. Absque epigraphe

N. f. sum. — XXII. — Æ. ~

VIII.

Epigraphæ ac caput marchionis eidem ac N^o. II

Æ

Amphora, lauri ramis repleta duabus ancoris, quæ catena
amphoræ conjunctæ et quæcum altera fracta est, stabilitur.

Epigraphæ D^(OMINVS) FERAR^(IÆ) REG^(II) E^(T) MVT^(INÆ)
PISANVS · F^(ECIT)

N. Jussum. XXXI. — Æ

*

*

*

BORSVS

Primus Mutinae Dux, Leonelli frater, obiit MCCCCLXXI



I.

Epigraphe: BORSVS · MARCHIO · ESTENSIS · X S. (?)
Caput ducis circinnatum.



Epigraphelitteris incisis: AMAD · MEDIOLAN · ARFEX (artifex)

*Flor cum amplis duobus foliis, quibus draco inrectitur. —
Numisma, quod edidit Muratorius opere citato, eundem habere
videtur typum. — N. f. sum. — XXIII. — Æ.*

II

Epigraphe: BORSVS · DVX · MVTINE · ET · REGI ·
Caput ducis, pileo tectum.



*Medio in ornamento, semicirculis et angulis composito, insignia
Estensia: In prima et quarta area aquila biceps coronata, in*

secunda et tertia tres liliae conspiciuntur, margini serratae
inclusae. In scutolo medio aquila simplex. Ad dextram (extra insignia)
littera B_(orsus) ad sinistram: D_(ua).

N. P. fusum. XII. — Æ. ~

III

Epigraphe: DIW_(us??) BORSIVS · DVX DO_(minus Mutin.) Æ · E · REGI ·
PRINCEPS · FERRARIAE · MARCHIO · AC · COMES
RODGR. [2]

Imago ducis dimidiata, lorica induta, caput circinnatum pileo
tecto.

Epigraphe: OPVS · ANTONII · MARES · * · OTI · DE · FERRARIA · M · CCC · LX

Monoceros posterioribus pedibus insidens, cornu fonti, in recessu orto,
immergit. Medio campo arbor palma; ad sinistram herba quaedam.

N. P. fusum. — XXVIII. — Æ. ~



HERCVLES·I.

*Dux Mutinae, Ferrariae etc., tertius Nicolai III marchionis filius,
Leonelli ac Borsi frater. Mortuus MDV. ~*

I

Epigraphe HERCVLES·FERRAR·DVX·

Caput ducis, cincinnis ornatum. :

⌘

Hydra septem capitibus instructa, super rogam incensum.
Absque epigraphe! — N. P. f. sum. — Æ. — XIX. —

II.

Epigraphe: HERCVLES·FERRAR·DVX·II·

Caput ducis ut supra. —

⌘

*Hydra ut supra, sed typus legibus symmetriae magis adap-
tatus, et modus tractandi subtilior.*
N. P. f. sum. — XII. — Æ. ~

III.

Epigraphæ: HERCVLES DVX FERR^E. MVT^E. 7. REGI. ME. 7. G^x x.
Imago ducis dimidiata, capite corona turrita cincto.

Æ
 Epigraphæ: BALDESARIS · ESTENSIS · OPVS · MCCCCLXXII.
Liber apertus, super quo tres oculi; in summo patibulum et rota.
 N. fusum. XII. — Æ. ~

IV.

Epigraphæ: HERCVLES · DVX · FERRARIÆ · II.
Capita Mercuris et conjugis convergentia. ~

Æ
*Equus palliatus sinistram extendit. Absque epigraphæ. Elegans
 fabrica. — N. fusum. — XII. — Æ.*
Simile numisma descripsit Muratorius in Antiq. Ital. T. II.

V.

Epigraphæ HERCVLES · DVX · FERARIE · MVTINE · ET · REGI.
Imago ducis dimidiata, caput circinnatum pileo tectum.
 Æ

X

Epigraphe, supra: GADES · HERCVLIS ·
infra: OPVS · CORADINI · M.

*Hercules, dextra baculum vel hastam, sinistra clypeum gerens,)
 maris litori adstat, ex quo tres columnae eminent.)*

N. fusum. — XXIV. — Æ.

VI.

*Forma ovata. Epigraphe caret. Supra ornamenta, volutis sive
 cochleis similia cum spamine ad affigendum. Medio imago
 ducis dimidia, caput circinnatum pileo, coro simili tectum;
 vestis simplex, pectus mundo aureo ornatum. Elegans fabrica.
 N. fusum, 3 digitos altum, unum et novem lineas latum.*



ALPHONSVS·I.

Dux Ferrariae Mutinae etc, Borsi filius primogenitus
abit MDXLIII.

I.

Epigraphe: ALFONSVS·ESTENSIS·

Caput Alphonsi juvenis (XVI annorum) capillis ad humeros defluentibus brevi pileo tectum.

Æ

Epigraphe: OPVS·NICOLAI·FLORENTINI·MCCCLXXXII

Quatuor equites currum altum vehunt, cui figura insidet, sceptrum et gladium, uti videtur, tenens.

Numisma negligenter fustum. XXXII. — Æ. —

II.

Epigraphe et caput Alphonsi juvenis, ut, supra, sed numisma summa cura ac solertia elaboratum. Absque postica. —

N. fustum. — XXXII. — Æ. —

III.

Epigraphe intra lauream: ALFON^[sus] · I · DVX · FER^[mariae]
Caput ducis, comis curtis, brevisque barba; ornatissima imaginem
ornat armatura



Epigraphe: QVO · ME · FATA · VOCANT ·
Mercurius nubes pervolat. Infra sylva et ardes.
N. P. fusum. — XXX. — Æ

IV.

Epigraphe: ALFONSVS · DVX · FERR^[ariae] III.
Imago ducis loricata, capite barbato brevibusque comis tecto



Epigraphe: INVIRTUTE · TVA · SERVATI · SVMVS.
Taurus, monoceros et lupus vel tigris ex fonte, serpentibus pleno,
e saxo emanante, bibere videntur. In recessu regio montana et
urbs, moenibus circumdata.
N. P. fusum. — XM. — Æ.

V.

Epigraphe:

Imago ducis ut supra

Æ

Epigraphe: EX·HOC·BEATAM·ME·DICENT·

Eques veste Romana indutus, figuræ muliebrī, quæ genua flectit, coronam porrigit.

N. Jussum. — XIII. — Æ. —

VI.

Epigraphe: ALFONSVS · DVX · FERR. III.

Imago ducis loricata

Æ

Epigraphe et imago ducis ut in antica, capite tantum ad dextram verso.

N. Jussum. — XIII. — Æ.

*

*

*

LVCRETIA·BORGIA

Alphonsi I. Ducis altera conjux, mortua anno MDXX. ~

I.

Epigraphæ: LVCRETIA·EST (N^{is}) DE·BORGIA·DVC (issa)
Imago dimidia ducissae crinibus ad humeros eleganter defluen-
tibus, ibique vitta connexis. Absque postica. ~
N^o fuscum sed cura elaboratum, maxime caelatum.

—AR

*

*

*

ISABELLA

*filia Mercurii I; Francisci Gonzagae, Mantuae
Marchionis uxor; mortua MDXXX.*

I

Epigraphæ: ISABELLA·ESTEN^[SIS]MARCH^[IONISSA]MAN^[TUAE].
*Imago Marchionissae dimidiata, capillis simplici elegantia
compositis; pectus torques ornat.*

Æ

Epigraphæ: BENE·MERENTIVM·ERGO·
*Figura mulieris alata, longaue veste induta, dextra scriptum,
sinistra palmam tenet, ad ejus pedes volvitur serpens; super
caput typus sideris sagittarum.*
N. f. usum. — XVII. — Æ. .

II.

*Epigraphæ idem ut supra, tantum pro MAN· hic legendum
MANT· ~ Utriusque partis typus idem ut supra, numisma*

auro fusum et accuratissime postea elaboratum atque perfectum est; area utriusque partis aliquantulum aspera est, seu granata, littera contra et typi splendentes polita. Numisma lato auri circulo circumdatur, cui in antica litteris, adamantibus compositis, quarum quaelibet rosa auri encausti separatur a sequente, impositum est nomen: ISABELLA. Postica ornatur ornamentis, auro encausto elaboratis. Extremam circumcili marginem cingit corona floribus aureis encaustis nitidissima nesa.

Totum opus: XXXI. Ponderus XXXI aureorum et unius dimidiam partem
 .N.



HERCVLES II.

Mutinae ac Ferrariae dux, Alfonsi I. primogenitus
mortuus MDLVIII.

I.

Imago principis loricata, capite barbato quidem sed juvenili
Lorica parvi, quae humeros tegit inscriptum est: ΔΕΛΦΟΣ.
Absque epigrapha et postica.

N. f. sum. — XV. — Æ. —

II

Epigrapha: DVX · FERRARIAE · III.

Imago dimidia ducis, pectoris parte nuda, altera leonis exuvias
tecta, quae cingulo humeris adfixae sunt, ad dextram clava.

Æ

Epigrapha: FELICITATI · TEMPORVM · S^(senatus) · P^(populus) · Q^(ue) · F^(er) · R^(ra) · I^(a)

Deus fluminis corniger humi jacet, dextra manu urnam, flu =

11
minis fontem tenens, sinistra remum. Ad ripam fluminis, piscibus
pleni, ovis pascitur. In recessu arundinetum, arbos, montes, castella.
Elegans fabrica. N. f. usum. — XXX. — Æ. ~

III

Epigraphe et imago ducis, ut supra, sed absque postica.
N. f. usum. — XXX. — Æ. ~

IV.

Epigraphe et imago ducis ut supra.

⌘

Imago dimidia mulieris formosa nudis humeris, nudoque
pectore, torque induta. Viri caput ad laevam conspicitur.
Omnia ornamento circumdata. [Imago Lucretiae, ducis uxoris,
esse videtur. Absque epigraphe.]
N. f. usum. — XXX. — Æ. ~

V.

Epigraphe et imago ducis, ut supra.

⌘

Epigraphe: SUPERANDA · OMNIS · FORTVNA.

Mulier vestibus sinistra subductis, dextram, quam pondera
onerant, palmae ramum tollit, fortiterque praecipitem ascendit
rupem. Ad sinistram arbores, molina et urbs ampla, colli im-
posita. Fabrica elegans.

N. fusum. — Æ. — XXX. —

VI.

Epigraphe: HERCVLES · I · DVX · FERRARIAE · III ·
Imago ducis, more Romano loricata.

⌘

Epigraphe: NEQVID ^(sic) IN · OCCVLTQ ·

Hercules clava occidit pastorem. Ad dextram et sinistram
boves fugientes. In arca inferiori A.F. ^(sic) Z.L.

N. fusum. — XVI. — Æ. —

VII.

Epigraphe: HER · II · DVX · FERRARIAE · III ·
Imago ducis, more Romano loricata.

⌘

X

Figura muliebris corpore aliquantulum demisso progreditur, dextra cornu copiae tenens, sinistra vestem capiens, sub qua aliquid, tormenti simile, adparet. In recessu aræ. In arca:

FERRARIA.

N. f. sum. XVIII. — Æ

VIII.

Epigraphe: HER. II. FER. MVT. ET. REG. DVX. III. CARNVT. I.

Imago ducis ornatissima armatura induta,

X

Epigraphe: MIHI VINDICTAM ET EGO RETRIBVAM.
Hercules oculis ad solem versis, clavam torquet, altera manu corripit pallium viri, abjecto clypeo ac gladio fugituri.

N. f. sum. M. — Æ

IX.

Absque epigraphe. — Imago ducis loricata, pallioque

defluente.

£

Absque epigrapha. — Hercules, supra cuius caput sol splen- det, virum nudum, qui scutum et gladium deiecit, manu cri- nibus prendit.

N.° fustum. — XXXIV. — Æ

Λ.

Epigrapha: HERCVLES · II · FERRARIAE · DVX · III ·
Imago ducis loricate. — Absque postica.
N.° fustum. — XVI. — Æ.

XI.

Epigrapha: HERCVLES · ESTENSIS · FERR · DVX ·
Imago principis, ornatissime loricate.

£

Epigrapha: PAR · VBIQVE · POTESAS ·

In medio Diana buccinans, dextra telum tenet. Canes duo
comitantur Deam. Ad dextram sub porticu, Pluto comitante,
Cerberus; sinistra silva; in summo luna conspiciuntur et astra. *)
N. fusum. — XXX. — Æ. — S.

XI.

Epigraphe: HERCVLES. ESTENSIS. II. FERR. DVX. III.
POMPEIENS.
 Imago ducis barbata, ornatissima armatura induta.
 X

Epigraphe: SVPERANDA. OMNIS. FORTVNA.
 Andromache vinculis rupi vineta, monstrum marinum, quod
 lacerare eam minatur, tranquillo vultu adspicit;
 N. fusum. — XXX. — Æ

XIII

Epigraphe et imago ducis, ut supra, sed absque postica,
 N. fusum. — XXX. — R. — S.

*) Idem typus in numismate argenteo Hippolytae, Ferdinandi
 Gonzaga, Mantuae domini, felice conspicitur.

XIV.

Epigraphe: HER. II. FERR. MVT. REG. DVX. III. CARN. I. ^[uti]
Imago ducis barbata, ornatissimeque loricata. Sub brachio legendum: 1554.

X

*Figura muliebris nuda, sinistra palmam tenens, cochlea in „
sicens, pedibusque crocodillo innixis, coronatur a duobus genis
alatis, utrinque Tritones buccinantes. — Absque epigraphe
N. p. sum. XXXVI. — Æ. S*

*

*

*

FRANCISCVS

Alphonsi I. ducis filius, Marchio Massae, obiit MDLXXVII.

I.

Epigraphe: FRANCISCVS · ESTENSIS.
Imago marchionis barbata, eleganterque loricata.

✕

Epigraphe: PARI · ANIMO ·
Duo templa rotunda, columnis circumdata, alto tholo instructa,
atque in omnibus partibus aequatia.
N.º fusum. — XXX. — Æ.

II.

Epigraphe: FRANC^(iscus) · ESTEN^(sis) · MARCH · MASSÆ
Imago marchionis capite barbato. Absque postica.
N.º fusum. — XM. — Æ. ~

*

*

*

ALFONSVS.

Alphonsi I ducis filius legitimatus, mortuus MDLXXXVII.

I.

Epigraphe: ALFONSVS · ESTENSIS.

Imago principis loricata, caput circinnatum pileo marchionis ornatum

⌘

Figura mulieris nuda, medio corpore tantum, velo, quod a dextera ad sinistram fluit, oblecta, sinistra palma ramum, dextra vero hastam tenet. Sinistra manus innixa est fascibus. Infra omnis armaturae species. Ad dextram figura linea trans. versa: ALFO^(S) ad sinistra POTES^(tas), infra pedes: CONSTANTIA. ~

N.º Jusum XXI. — Æ. ~

II.

Epigraphe et caput marchionis, uti supra, sine postica
N.º Jusum XXI. — R. ~

III.

Epigraphe: ALFONSIVS · ATESTIVS

Imago principis circinnis longis, capite marchionis pillo oblecto.

Æ

Vix, leonis cruxia super humeros, moesto vultu rupi insidet. Vix vel potius juvenis cito se adpropinquans, thyrsum dextra tenens, sinistram contra sedentem protendit. In recessu statua basi imposita conspicitur. Basi arma acclinata.

N. fusum. — . — Æ. ∞.

*

*

*

ALPHONSINVS.

*Alphonsi I ducis filius legitimatus, laudati Alphonsi Mar.,
chionis frater, mortuus MDXLVII.*

I.

*Epigraphe: ALFONSIN^(us) EST ^(ensis) ALF^(onsi) DVCEIS · FIL^(ius)
1547.*

Imago juvenilis, curulis comis, vestibus ornatissimis.

X

Epigraphe: VICTRIX · INDVSTRIA · BELLI ·

*Minerva, sinistra Aegida tenens, dextra minatur femininum
monstrum, humi prostratum, capite serpentibus comarum loco
instructo. In recessu arbor et instrumenta belli, intra quae ara
neum se extendit.*

N. f. sum. — XXI — A.

*

*

*

ALPHONSVS·II·

Herculis II filius ac successor; mortuus MDXCVII.

I.

Epigraphe: ALPHON^[sus] ESTEN^[sis] FERRAR^[ia] PRINCEPS.
Imago principis dimidiata, eleganter locicata
✕

*Epigraphe: LVCRETIA·MED^[icena]·ESTEN^[sis]·FERR^[ariae]·
PRINCEPS.*

Imago Lucretiae (Alphonsi II uxoris) ornatissimo vestita
Fabrica nitida.
N. f. sum. XXI - Æ.

II.

Epigraphe: ALFONSVS·EST·II·DVX·FERR·V·

Caput Ducis, basi curvata impositum. Fabrica elegans.
N^o. fusum. — XXX. — R. ~

III

Epigraphæ: ALE^[onsus] ESTEN · FERR · DVX · V.
Imago dimidia ducis, ornatissima armatura. Absque postica.
N^o. fusum. XXIX. — R.

*

*

*

LVCRETIA MEDICEA

prima Alphonsi II uxor, mortua MDLXI.

I.

Epigraphe: LVCRETIA · MED^[icea] · FERR^[ariae] · PRINC^[eps]
A^[nno] A^[etatis] XIII.

*Imago juvenilis Lucretiae elegantissimo, undique margaritis
et gemmis ornato vestita In exergo annus fabricati numismatis:
1558 vel 98.*

N.° fuscum-XXXI. — R. ∞

II

Epigraphe: HOC · MIRVM · EST · IN · NATVRA ·
Imago Lucretiae dimidia textis crinibus.

⌘

Epigraphe: OPTIMA · FIDES ·

Vi et femina, more Romano vestiti, manu se invicem

arripunt. Fabrica elegans.
N^o optime fustum. XX. — Æ

III.

Epigraphe: FORMA · ET · MUNDITIS · NITENS.
Imago Lucretiae dimidia

⌘

Epigraphe: TE · DVCE · PERVENIAM.

Naumachia, in medio navis; ad dextram Teoli quaedam
proles ventum efflat; in summo astrum.

N^o fustum. — XXII. — Æ

IV.

Epigraphe: LVCRETIAE · MEDIC^[æc] · FERR · DVC^[issæ]

Imago ducissae veste elegantissime plicata, induta, margaritis
ornata, basi que imposita.

⌘

Epigraphe: * * T · DEVS · P × O * * ME · (?)


Pan ad dextram sedet. Medio virgo in arborem convertitur
In summo caput Teolidarum cuiusdam.

N^o fustum. XXX. — Æ. ∞ R.

V.

*Absque epigrapha. — Imago ducissae dimidia. Caput, col-
lum et vestes plicatae, margaritis, alioque ornatu excellentes
Fabrica nitidissima.*

*Namissima fuscum quidem sed postea elegantissime et ad sub-
tilissimas usque partes elaboratum adeo, ut margine tantum
opus fuscum prodiret.*

XXXI. — A. 



BARBARA

*Ferdinandi I Imperatoris filia, uxor altera Alphonsi II
ducis; mortua M.D. I. XXII.*

I.

*Epigraphe: BARBARA AVSTR_(iaca) ESTEN_(sis) 1565.
Imago ducissae, capite vitta oblecto, crinibus rehi, aureo retentis.
Vestis ornatissima torque decorata. Absque postica
N^o fusum. XXVII. — Æ. ~*

II.

*Idem numisma non fusum vero sed incusum, adcura..
tiusque elaboratum. — XXVIII. — Æ. ~*

*

*

*

MARGARETHA.

*Wilhelmi III, ducis Mantuae filia, tertia Alphonsi II
ducis uxore, obiit MD*

I.

Epigraphe: MARGARITA·DUCISSA·MANTVÆ.

*Imago ducissae; caput velo, in formam mitral composito. In
aerog: 1561·I·P.*

N. incusum. — R.



ALOYSIVS .

Herculis II ducis filius, S. R. I. Cardinalis, obiit MDLXXXI.

Epigraphe: ALOYSIVS · ESTENSIS · M · D · L · X ·

*Imago principis simplici modo vestita, capite pileo tecto.
In exergo: 1560.*

X

*Hercules in cunabulis serpentes manibus jugulat. Cuna-
bularum lateri inscriptus est annus MCCCCLXXVII.*

*Epigraphe rudibus characteribus graecis litteris similibus
compositum.*

*Postica haecce pars jam inscripti anni causa ad anticam
pertinere nequit et ex Muratorii Antiq. Italiae partel, hancce
posticam pertinere ad Alphonsi I numisma
N^o Jusum. — XXI. — E. . ~ .*

*

*

*

LVCRETIA

*Herculis II filia, nupta Francisco Urbini duci ;
mortua MDXCVIII.*

I.

*Epigraphe: LVCRETIA·ESTENSIS·A·A·XVII·
Imago Lucretiae dimidiata, simplici ornatu. Absque
postica
N. Jussum. XVII. — Æ. ~*

*

*

*

NICOLAUS

*Filius Francisci, Massa Marchionis, Alphonsi I nepos
obit:*

I.

Epigraphe: NICOLAUS · EST ^(e)N^(s) FRANC⁽ⁱ⁾ FILIVS.
A⁽ⁿ⁾no A^(e)tatis XIII.

Caput juvenile, principis, pectore locicato

⌘

Epigraphe: ITA · DII · * * E · EATIS ·

*Quae personae nudae amplexis invicem brachiis transcunt
lacum; ripa undique arboribus circumdata*

N. Jusum. — XXX. — Æ. ~

*

*

*

RENATA.

*Hippolyti, ducis Alphonsi filii, filia, uxor Ludovici,
principis Mirandolae; mortua MDLV.*

I.

Epigraphæ: RENEÆ·EST·[ensis]·PIC[i]·MIRAN[diolæ]·D[omi]·NA·
Imago Renatæ simplici ornata.

X

Epigraphæ: PLAC[entia] CIV[itas] OPTIMO·PRINCIPI·
Statua equestris basi imposita.
N. Jussum. — XXV. — Æ. ~

*

*

*

CAESAR.

Dux Ferrariae ac Mutinae avunculo Alphonso I, qui aboque, liberos decesserat, in regimine successit; filius fuit Alphonsi, Marchionis terrae Montecchiae, nepos Alphonsi I Ducis.
obit MDCXXVIII.

*Epigraphe: CAESAR·EST*_[ensis]*ALF*_[onsi]*DVCIS·NEP*_[os]
1575.

Caput juvenile Caesaris elegantissimo restitit.

⌘

Epigraphe: OSCULA·IVSTITIÆ·PAX·AVREA·FIGIT
IN ORBE

Personae allegoricae Pacis et Iustitiae sese osculantur. Mars armis circuminctus in recessu humi jacet. Ad sinistram luna occidens, ad dextram sol oriens.

N. f. sum. XXI. Æ. ∞

*

*

*

LEONORA

*Alphonsi terrae Montecchiae marchionis filia, Caesaris ducis
soror, nupta Carolo Jesualco principi Venosae, mortua*
M D X C I V.

I

*Epigraphe: ELEONORA · ESTENSIS · A^[anno] A^[etatis] XV.
Imago Leonorae dimidia.*

Æ

*Venus sedens, suffulta clypeo sinistra, oblatum ab Amore
accipit scutum cui Gorgonidis caput insculptum est. Fabrica
elegans.*

N. D. Jusum. XVIII. — Æ. —



ALOYSIVS

Caesaris ducis filius, obiit anno M D CLXIV.

I.

Epigraphe: ALOYSIVS · ESTENSIS

Imago principis juvenis, loricata. Absque postica.

N.º fusum M .—Æ.

II.

Epigraphe: ALOYSIVS · ESTENSIS ·

Imago principis dimidia, capite barbato, simplici vestitu.

Æ

Epigraphe: PRO · BONO · MALVM ·

Vra, infra supraque ardens.

N.º fusum. — M .—Æ.



FRANCISCVS·II·

*Mutinae ac Ferrariae Dux, Alphonsi III filius, Caesaris
ducis nepos; mortuus MDCXCIV. ~.*

I.

Epigraphe: FRANCISCVS·II·DVX·MVTINÆ·REG·EC·
*Imago ducis dimidia, capite, capillamento, multis circunnis
ad humeros defluenti, ornato, pectore loricate. Absque postica.*
N.º Jusum. — XVII. — Æ. ~.

*

*

*

RAYNALDVS.

*Mutinae ac Ferrariae Dux, filius Francisci primi, ducis;
post mortem Francisci II in regimine successor; obiit MDCXXXVI.*

I

Epigraphæ: COMMERCIA REDDIT.

*Deus fluminis, humi jacens, sinistra cornu copiae tenet, dextra
vas, ex quo scetet flumen, quod in duas mox partes dividitur, ca-
nali quadam conjunctas. Insulam majorem, a flumine inclusam,
quatuor replent coronae, intra quas duae hastae, gladius atque
vexillum conspiciuntur. Canalis ripae utriusque imposita insig-
nia Athesina ac Brunsvicensia*

X

Epigraphæ totam explens possicam:

MATRIMONIO·CONTRACTO·INTER·REGINALDVM
DVC^(em) MVTIN^(ac) ET·REG·ET·CARLOTAM·FELICITATEM.
PRINC^(pem) BRVNSVIC^(ensem) ET·LVNEBVRG^(ensem) RECONIVNCTA=

QVE · VII^{MO} · DNERGII · SECVLO · A · TESTINA · GENTE · HANOVER_(ae)
XVII · NOV · M · DC · VC ·

N^o cusum. — XXIV. — A_(pond: XX aureor:) A. 


II

Epigraphe: RAYNALD_(uo) · I · DVX · MVTIN_(ae) REC_(ii)
MIRANDOL_(ie) ET [c].

*Imago ducis dimidiata, capite capsillamento, cincinnato, atque
ad humeros defluenti, oblecto, pectus eleganter loriceatum pallio
ducali obductus. In exergo: S.V.*

Epigraphe: CITIVS · TENEBIT.

*Navis expansis velis mare, procellis turbidum transnavigat.
In recessu ad dextram urbs bene munita, cum pharo. In exergo
S.V.*

N^o cusum. — XXIX. — A_(pond: XXXVII aureor:) A. 

*

*

*

FRANCISCVS N.

Archidux Austriae, Mutinae, Regii, Mirandolae Duc.

I.

Epigraphic: SOLERTI·INVENTVTI·MNERANDÆ

ACADEMIA·ATESTINA·

*Juuenis Minerva tabulam pictam praesentat. Inserculo
transverso inscriptum artificis nomen: LANG.*



Epigraphic: ANNO·
sub corona querna,

N. P. cusum. — *Æ*

Epigraphæ

FRANCISCVS·N·ARCH[idux]·AVST[riæ]
REC[us]·INNG[ariæ]·ET·BOH[emiar]·PR[inceps]·DE[i]
G[ratia]·MNT[inæ]·REC[u]·MIR[andolæ]·DVX

Caput ducis. Infra artificis nomen: L.A.N.º 9.

Æ

*Minerva sinistra hastam tenens, dextera coronam
lauream porrigit. Ad ejus pedes noctua. Infra: L.A.N.º 9.
N.º usum. XIV. — R. Æ.*

*

*

L.A.N.º 9

*

*

ALPHONSVS · I ·

Epigraphe. ALFONSVS · MARCHIO · ESTENSIS

Caput Alphonsi adhuc infantis

✠

Hercules in cunabulis serpentes manibus jugulans. Infra legitur: MCCCCCLXXXIII, supra characteres graeci sam rudi forma delineati ut jam clarissimus Muratorius, qui hocce numisma in Antiquitatibus Italiae edidit, in iis intelligendis atque interpretandis tempus frustra serere noluerit.

N. Jus. max. mod. Æ

*

*

*

Skanowanie i opracowanie graficzne na CD-ROM :



ul. Krzemowa 1

62-002 Suchy Las

www.digital-center.pl

biuro@digital-center.pl

tel./fax (0-61) 665 82 72

tel./fax (0-61) 665 82 82

Wszelkie prawa producenta i właściciela zastrzeżone.

Kopiowanie, wypożyczenie, oraz publiczne odtwarzanie w całości lub we fragmentach zabronione.

All rights reserved. Unauthorized copying, reproduction, lending, public performance and broadcasting of the whole or fragments prohibited.